

Epistola sancti Hieronymi

Titus. 1. b. manus sbyteri. // Tito precipit vt inter ceteras virtutes epi: que breui sermone depinxit: scientiam quoque in eo eligat scripturarum: obtinentem inquit eum qui sermone doctrinam est fidelis sermonem: vt potes sit exhortari in doctrina sana: et contradicentes reuincere. Sancta quippe rusticitas solus sibi pdest: et quantum edificat ex vite merito ecclesiam christi: tamen nocet si destruetibus non resistat. Malachias propheta: immo per malachiam dominus interrogauit sacerdotes legem. In tantum sacerdotis officium est: interrogatum respondere de lege. // Et in deuteronomio legimus: Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi: seniores tuos et dicent tibi. In psalmo quoque centesimo decimo octauo. // Catabiles mihi erant iustificatioes tue: in loco peregrinationis mee. Et in descriptione iusti viri: cum eum arbori vite dauid que est in paradiso compararet: inter ceteras virtutes hanc etiam itulit: // In lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte. // Daniel in fine sacratissime visionis: ait iustos fulgere quasi stellas: et intelligentes id est doctos quasi firmamentum. Uides quantum inter se distant iusta rusticitas et docta iusticia? Alii stellis: alii celo comparant. Quibus iuxta hebraicam veritatem: utrunque de eruditio possit intelligi. Ita enim apud eos legitur. // Qui autem docti fuerint: fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iusticiam erudierint multos quasi stelle in perpetuas eternitates. // Cur Paulus apostolus vas electionis? Nepe quia vas legis et scripturarum sanctarum erat armarium. Pharisei stupent in doctrina domini: et mirantur in Petro et Johanne quomodo legem sciunt: cum litteras non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio et stridiana in lege meditatio tribuere solet: illis hoc spiritus sanctus suggererat. // Et erat iuxta quod scriptum est: docibiles deo. Duo decim annos saluator impleuerat: et in templo sedens de questionibus legis interrogans: magis docet dominus prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum: rusticum cum Johanne dicimus: quorum uterque dicere poterat: Et si impiter sermone: non tamen scientia. Iohannes rusticus: piscator indoctus: et vni illa vox obsecro: In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum? Logos grece: mul-

ta significat. Nam et verbum est et ratio et superlatio et causa vniuscuiusque rei per quam sunt singula que subsistunt: que vniuersa recte intelligimus in christo. Hoc doctus Plato nesciuit: huius demosthenes eloquens ignorauit. // Perdam inquit sapientiam sapientium: et prudentiam prudentium reprobo. Vera sapientia perdet falsas sapientias: et quasi stulticia predicatiois in cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur interpretos. // Sapientiam autem non seculi huius nec principum seculi istius que destruitur: sed loquitur dei sapientiam in mysterio absconditam: quam predestinavit deus ante secula. Dei sapientia christus est. Christus enim dei virtus et dei sapientia. Hec sapientia in mysterio abscondita est: de qua et noni psalmi titulus prenotat: per occultis filiis: In que sunt omnes thesauri sapientie et scie dei absconditi. Et que in mysterio abscondita erat: predestinata est ante secula: predestinatus autem et prefiguratus in lege et prophetis. Unde et prophete appellabatur videntes: quia videbant eum quem ceteri non videbant. // Abraam vidit diem eius et letatus est. // Aperiebatur celi Ezechiel: que populo peccatori clausi erant. // Reuela inquit dauid oculos meos et considerabo mirabilia domini lege tua. Lex enim spiritualis est: et reuelatione opus est vt intelligatur: ac reuelata facie dei gloriam contemplantur. // Liber in apocalypsi septem sigillis signatus ostendit: que est si dederis homini scientiam litteras vt legat: // Respondet tibi: Non possunt signari est enim. Quam hodie putant se nosse litteras: tenent signatum librum nec aperire possunt nisi ille reserauerit qui habet clauem dauid: qui aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit. // In actibus apostolorum: sanctus eunuchus: imo vir (sic enim eius scriptura cognominat) cum legeret Esaiam prophetam: interrogatus a philippo: Putas ne intelligis que leguntur? Respondit: Quomodo possunt nisi aliquis me docuerit? Ego vt de me loquar interim nec sanctior sum huius eunuchus: nec studiosior que de ethiopia: id est de extremis finibus mundi: venit ad templum: reliquit aula regiam: et tantus amator legis diuineque scientie fuit vt etiam in vehiculo litteras legeret sacras. Et tamen cum librum teneret: et verba domini cogitatione conciperet: lingua volueret: labijs personaret: ignorabat eum quem in libro ne-

Confutatio
phoz et
sapie p
damnat
Abdie. 1
1. Cor. 1. 1
1. Cor. 2. 2
Quod dei
entia sit
scondita
Col. 2. 2
Quibus
reuelata
Joh. 8. 12
Ezech. 1
Ps. 118
Quod reuel
one op
vt lex in
ligatur
Bpo. 5
Esa. 29
Precepta
soz no
Bpo. 5
Act. 8
Exemp
scō eu
Eiusdem
menda